

1718.

1. Brucknerus, Gust. Hieronymus: De jure principis et principis statuum protestantium circa causas matrimoniales
 2. Brucknerus, Gust. Hier., Collegii iur. decanus: Recubus temporibus 1710 et 1715. Romane civitatis
Programma, lectionis auspiciis Nicolai Gottliebi Freuli praemissum.
 3. Brucknerus, Gust. Hier., Collegii iur. decanus: De litis contestatione actionis. Programma, actioni inaugurali Petri Deneury praemissum.
- Gust. Brucknerus, Nicolaus: Elementis Germanorum in iure prudentia. 2 Sept. 1714 - 1718.
4. Brucknerus, Gust. Hier., Collegii iur. decanus: In variis ultimorum voluntatum speciebus, pecuniarum et rerum novarum per Institutionem Imp. introducta. Programma, lectionis solennis Thomae Rotte praemissum.



- 1714.
6. Buddeus, Io. Benignus: De Pelagianismo in ecclesia Romana post bullam Anti-huenetianam a Clemente XI P. P. promulgata triumphante. 11
7. Friesen, Io. Bern., Fac. ius. Sacrae: Programma Augusti Beyeri lectionis auspicii praemissione. 16
8. Friesen, Io. Bern.: De jure dominante. 17
9. Friesen, Io. Bern., Fac. ius. Sacrae: Programma Reinhardi Sommerti lectionis many. praemissione. 18
10. Gerhardus, Ephraimius: De criminum abolutione 19
11. Gerhardus, Ephraimius: De alienatione fideorum Silviae 20
12. Hambigerus, Laurentius Andreas: De uteritate ex humectu 21
25 his literis in iurisprudentia studio capienda.
13. Hambigerus, Laurentius Andreas Sylvestris, Cons. Ital: De iusto per secluso. Accedit: Brevis commentatio et 1. 1791. D. pro socio. Acc. 1738. 22

1714.

14. Marbachius, Ulrius: De jure decapitorum.

15. Rosa, L. Gracilis: De beneficio & iustitia.

16. Schruckerus, Christianus: De legali ad prius causas.

17. Stuvius, Thesaurus Galliae: Residentia provincialis
quae alimenta et expensas locis.

18. Wildenfelius, Christianus: De competentia consistoriorum
Evangelicorum iuris inferiorum in provinciis
Sectortatus Seminae.

19^a st Wildenfelius, Christianus: De conditionis furtivae naturae
et usus hostiensis. 2 Bvmpf

20. Wildenfelius, Christianus: De desertoribus et transfigis

21^a st Wildenfelius, Christianus, Collegii iuriis Ieramus:
De pacto illusto praemium merente. Programma in my
Antonii Matthiae Georgii Falckii, lectioni auspicata
praemissam. 2 Bvmpf. 1714 & 1754

21^b 22. Wildenfelius, Christianus, Collegii iuriis Ieramus:
De buco facta, paucam merente. Programma... Christophori
Gustavii Viehersii, lectioni auspicata praemissam. 2 Bvmpf. 1714
& 1754

1714.

23. *Wclvangelius, Christianus* : *De usn iuris naturalis
in actuibus principum conspicuo.*

, 24. *Wclvangelius, Christianus* : *De tumultibus.*

25. *Wclvangelius, Christianus* : *De furtis impropriis*

Q. D. B. V. 1714, 19^a, 4
DISPUTATIO IURIDICA IN AVGURALIS
DE
CONDICITIONIS
FVRTIVAE NATVRA 20
ET VSV HODIERNO

Von
Miedersforderung gestohlenen Guths

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DN. GVILIELMO HENRICO
DVCE SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE
ET GVESTPHALIAE ET RELIQUA
CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
IN ACADEMIA IENENSI
PRAESIDE ILLVSTRI

CHRISTIANO VVILDVOGELIO
ICTO FAMIGERATISSIMO

SERENISS. DVCIS SAXO-ISENACENSIS CONSILIARIO STATVS INTIMO
CVRIAEC PROVINCIALIS COMMVNIS, ET SCABINATVS ASSESSORE
DIGNISSIMO, NEC NON COLLEGII IVRIDICI SENIORE GRAVISSIMO
IVR. PVBL. ET FEVD. ITEMQVE COD. ET NOVELL. ANTECESSORE
ORDIN. CELEBERRIMO

PATRONO AC PRAECEPTORE SVO MVLTIS NOMINIBVS COLENDO
D. XVII Octobr. d. Icc XIV.

AD CONSEQUENDOS SVMMOS IVRE IN VTROQVE HONORES

PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI SUBMITTIT

NIC. GVILIELMVS DRESSELIVS
HILPERHVSA-FRANCVS.

IENAE, TYPIS MVLLERIANIS.

DISPARATIO LIBRIS DE ALEXANDRIACUS
CONDITIONIS
HARTIAE NATARV
BT VSA HODIE RZO
EXALDATIONE GLOSSOGRAFICO S. MELITA
REOTORE MAGNIFICENTIIMO
SERKUSIMO BRVACAE AC D. M. M.
DN. GAUFILO HENRICO
DE EXALDATIONE LIBRIS DE ALEXANDRIAC
CONTRARIO S. L. C. T. D. D. R.
VI. EXALDATIONE LIBRIS DE ALEXANDRIAC
CHRISTIZO V. H. D. G. E. R. T. O
NIC. G. L. H. F. V. A. S. D. R. E. R. T. H.
IN. S. K. Z. T. T. S. M. V. T. T. V. A. N.

A

Son Altesse Serénissime Monseigneur

MONSEIGNEVR

ERNEST FRE- DERIC,

Duc de Saxe, Iulieurs, Cleues & Mons,
Angrie & Westphalie, Landgraue en
Thuringue, Marggraue a Misnie, Prince
de Henneberg, Comte de la Marc,
Rauensberg & Barby, Seigneur de
Rauenstein, comme aussi General-
Maior de Sa Maiesté Imperiale & de
leurs Hautes Puissances, les Etats
de Prouinces Vnies de Hol-
lande &c. &c.

MON TRES BENIN PRINCE

MONSEIGNEVR

RENTREE
DE ROME



I les présens , que l' on
fait aux Personnes du
plus haut rang, doiuent
auoir du rapport à leur
grandeur, i' ay bien lieu
de

de Douter, si celui-ci reccura l' accueil
que ie souhaiterois. Cependant le
deuoir indispensable des suiets enuers
leur Souuerain, à rendre vn compte
exact de toute leur conduite, m'a por-
té aujourd' hui en particulier à offrir
à V.A.S. les fruits de mes études. C'est
ce que i'ay pris la hardiesse de faire par
la dédicace de cette chetive Dissertation,
que i'ose mettre devant vos
piez, suppliant avec toute la soumission
imaginable de la vouloir régarder d'un
oeil favorable & de ne considérer cet-
te liberté que comme vne marque de
mes très humbles respets & obeissan-
ces. Ce qui m'obligera à continuer
mes voeux & souhaits très ardens
pour la coseruation de V. A. S. &
pour tout ce qui La regarde tant en
général qu'en particulier, faisant tou-
jours

jours consister mon plus grand bonheur à me dire avec vn très profond respect

MONSIEIGNEVR

DE VOTRE ALTESSE

SERÉNISSSIME

à

Iene le 20. Oct.

1714.

le plus humble & le plus soumis sujet

& serviteur

N. G. DRESSEL,



I. N. D. I. C. A.
CAP. I.

Praeliminaria quaedam complectens.

Quam horrendum, execrabile, & ab incorrupti ciuis *Furtum
naturali
licet iure
prohibitū
vniuerso
tamen in
mundo
graſſatur*
indole, naturae longe alienum furti crimen sit,
vel ex eo facillime colligi potest, quod ipsum
sanæ rationis dictamen in eius feratur odium, illiusque
auersetur turpititudinem. (a) Sed quo turpius, scelestius
& hominē in societate mortalium viuente indignius, eo
frequentius, inque vniuerso terrarum orbe commu-
nius. (b) Quandoquidem non vnius vel alterius male-
feriati nebulonis vexat animum, sed integras nationes &
gentes, quarum alias aliis rapaciores legimus, imo totum
huncce mundum infestat atque corripit.

(a) §. 1. I. de Obl. quae ex Del. 1. i. ff. de furt. l. 42. ff. de V. S. vbi Vlpianus recte distinguit inter naturaliter & ciuiliter turpia, illuc furti probrum referens. Cum simplex & aperta sit iuris naturae regula, neminem debere cum alterius damno locupletari. Officit enim hoc sociali & rationali naturae & contrariatur ipsis diuinæ iustitiae, quare non poterit non contra ius naturae esse;

A 2

Namque

Namque odit ipse vim Deum: nec dixites
Nos esse rapto, sed probe partis cupit.
Spernenda, si non iure veniat, copia est.
Communis aether hominibus, tellus quoque,
In qua ampliare cuique sic fas est dominium,
Ut ab alienis rebus ac vi temperet.

Excipi tamen iure meritoque debent furti necessitatibus, & quae autore & iubente Deo sunt. Grot. de Iure Bell. & Pac. l. 1. cap. 1. §. 10. num. 4. Idem l. 2. c. 2. §. 6. n. 4. Id. l. 2. c. 7. §. 2. num. 1. in not. Simon dd. ll. ad Grot. Pufend. de Iure Nat. & Gent. l. 2. cap. 6. §. 5. seqq. licet nomen furti ad ea minime quadret.

(b) Hoc post innumeros Scriptores testatur Wesenbec. in paratitl. ad tit. de furt. in pr. inter priuata, dicens, delicta frequentissimum est furtum, cui coercendo hodie nullae crues, nulla tormenta sufficiunt: tanta est in plerisque aliena habendi, rapiendique libido. Aliosne praeter hunc ad vocem testes? Proh dolor! ipsa de hoc crimine satis abunde experientia testimonio est: testantur tot stelliones, tot vagabundi, tot fucularii, tot sectores Zonarii, scelerumque artifices, in quorum digitos, ut apud coecos in tactum, omnes ingenii vires abiisse videntur, & qui in variis iam territoriis cruentos fustium ictus perpesi, omnes & singulas regiones praesentissimo veneno, draconum more inficiunt, inquinant, contaminantque.

Furtorum
origo non
in uno ho-
minis tem-
peramen-
to, sed in
totâ mor-
ali cor-
ruptionâ
tura latet.
§. 2. & 3.

Ex avaritia vero, tanquam ex equo Traiano, omnia ferre prodire furtu, facile viderit, qui humanarum inclinationum examen instituerit. Avaritia enim verissime dicitur radix omnium malorum (c) latentium indagatrix lucrorum, manifestae praedae audissima vorago (d) quam belluam, eamque feram & immanem & intolerandam nomi-

§ (3) §

nominat Sallustius (e) Quo intendit, addit idem (f) op-
pida, agros, fana, atque domos vastat, diuina cum hu-
manis permiscet, neque exercitus, neque moenia ob-
stant, quo minus vi sua penetreret; fama, pudicitia, libe-
ris, patria atque parentibus cunctos mortales spoliat. Quae
tanta mala possidet avaritia, ea perficiunt avari.

- - - Avarus

falsus erit testis, vendet periuria summa
Exigua, Cererisque tangens aramque pedemque (g)
vel

Semper avarus amat mendacia, furtar, rapinas. (h)

Sic avaritia fidem, probitatem, ceterasque artes bonas
subuertit: pro his superbiā, crudelitatem, Deos negli-
gere, (i) patriam prodere, (k) omnia venalia habere do-
cet, ita ut nullum officium tam Sanctūm atque Solemne
sit, quod non avaritia comminuere atque violare so-
leat. (l)

(c) i. ad Tim. VI. v. 9. 10. ii. (d) Valer. Max. I. 9. c. 4. (e) ad
C. Caef. de repl. ordin. orat. 2. p. m. 304. (f) Bello Cat.
§. 30. p. m. 16. (g) Iuuenal. Satyr. 14. (h) Dissertationes
de induc. Belli Belg. p. m. 119. (i) Iuuen. sat. 13. (k) Baudius
de Induc. Bell. Belg. L. 1. p. m. 46. (l) Cic. pro Quintio
T. 2. p. m. 5. lit. D.

§. 3.

Dum avaros plerumque alienis inhiare scribo,
temperamentum hominis melancholicum, quippe dolis,
fraudibus & diabolicis refertum artibus maxime furtis
studere & insatiabili cupidine habendi flagrare ostendo:
Non tamen sanguineum, Cholericumque exclusa velim;
Cum saepius quoque contingat, homines in summo
gradu

gradu voluptatibus submersos, & ambitione dignitatumque illecebris correptos furta, rapinas committere. Illos enim furari crediderim, vt gulac indulgere, abdomini litare, Venerem titillare; hos, vt culmen honorum in cerebro fixum ascendere felicius queant.

§. 4.

*Contra
furtum
varia in-
uenerunt
gentes me-
dia, exce-
pis non
nullis po-
pulis, qui
omni poe-
na id ex-
emptum vo-
luerunt.*

Huic igitur malo, maxime damno, praeualido, & homines virtute praeditos non decenti pleraque (m) gentes in rebus publicis bene constitutis ab omni seculorum decursu variis obuiam iuerunt mediis (n), iisque nunc asperis (o) & crudelibus, nunc vero remissis, atque non nihil mollioribus, prout delictum quibusdam vel leuius vel grauius visum. Imo ne furta vel occultissima impunitatem haberent, variae technae (p), variis modi (q) ad ea manifestanda, hominesque trium litterarum in apri- cum constituendos & poenae subiiciendos inuentae sunt & constituti.

(m) Inueniuntur enim nonnullae hac in parte omne ius naturale exulare iubentes, qui furtum festuum, ingeniosum, & praemio dignum factum, reputarunt, reputantque adhuc oīhodie. De Lacedaemoniis proditum literis est, eos furtum omni eximisse poena, existimantes hoc veluti ludo exerceri pueros ad infidias, vigilias, labores militares, & ad hostibus obrependi celeritatem: Eadem furtorum licentia erat apud Aegyptios, alia tamen, eademque singulari Status ratione subinxos. Gellius l. 2. c. 28. Grauina in origin. Iur. Ciuit. L. 2. p. 344. B. Schilt, ad ff. Ex. 24. f. 50, 51. In Cholchis oder Mingreien ist das die grösste Ehre, wenn einer expedite freihalten kann / und wenn ein Ehemann sein Weib bey einem andern antrifft / so muss der Ehebrecher eine Sau hergeben / die verzehren sie zusammen / und vertragen sich darüber

über miteinander. Die Kinderzucht ist alda schön,
denn der Vater lernt die Kinder strafen / und die Mutter
huren. Hübner in der Vorrede seiner Geographic aus
Gardins Reise-Beschreibung.

(n) Imo de Amphytaeis narratur, eos suapte sponte, mirabile
dictu ! ab omnibus alienorum contrectationibus abstinuisse:
De iis hunc in modum verba facit Heraclides : Διναῖος,
λέγω, καὶ τῷ φρόνιος βίᾳται, καὶ ἀλογίων ἢ θιγγάνων
ἀνεγύμναντας τὸν θυρῶν. Φασὶ δέποτε ξένον πειάμενον σινον
μή ἀναλαβεῖν ἐπέχαντος αὐτὸν τῇ πλῃ. Καταλυπεῖν δὲ
ἄντον εἴ τῇ ἀποσδοτεῖς γένει παραδίντα. οὗτον δὲ καρὰ
ἀλην ὑπωρείαν ἐλέντα, ἐνρέντιον ἀθιλον. Haec Latio sic
redduntur: Iuste, inquit, & modeste viuunt Amphytaei, nec
aliena attingunt, et si ianuæ omnium apertæ. Aiunt pere-
grinum quendam vinum apud ipsos emtum non avexisse,
quod nauigatio acceleranda ipsi instaret. Relicto igitur in
obitu vino, cum id nemini commendasset, alteris reuersus
nundinis reperit illud intactum. Olpius in apend. ad Aristol.
Polit. p. m. 25.

o) Draco Atheniensium legislator cruentus, omnia furtorum
genera capite puniuit. Petit. ad LL. Attic. L. 7. t. 5. Grauin.
in Orig. Iur. Ciu. L. 2. p. m. 344. De Locorum Politia scri-
bit etiam supra laudatus Heraclides in hunc modum: Εἳν
ἀλῆτις κλέπτων, τὰς ὁφθαλμές ἔχορυπτεται. Ζαλέυκη νιός
έαλω, καὶ τὸν λούρων ἀπότον αφίετων ὡχ υπέμενεν. αὐτὸς
δὲ ἔνα, καὶ τε οὐδενα εξέλει. H. e. Si quis coniunctus furti
esset, effodiebant ei oculi. Contigit autem ut Zaleuci
filius furti reus conuinceretur. Cui cum Locrenses poenam
remitterent, non tulit id pater, sed sibi vnum, & filio vnum
voluit erui oculum. Olpius c. l. p. 21. Puniuntur ne eriam
adhuc hodie fura sive personarum respectu? Breuis est re-
sponsio: Dant veniam coruis, vexat censura columbas.
Maiores fures saepe trahunt minores (vt concinne dixisse)
fertur Diogenes Cynicus apud Diog. Laertium lib. 6. p. 192.
ex edit.

ex edit. Henr. Steph. inque eos mortis sententia lata animaduertunt grauissime sine omni pudoris verecudiaeue signo. quibus ipsis, si pro furti magnitudine editius esset extruendum patibulum, vt vult Linn. in Iur. publ. l. 6. c. 4. n. 65. vel Pyramidibus altiores cruces erigendae essent, & quibus integras siluae figendis non sufficerent. Sed cornix cornici nunquam confodit ocellum. Accipiter accipitri placet. Vnde reuera regnorum, principatum, ditionumque interitus imminent, quum regibus & principibus sub specie fidei & fidelitatis misere imponitur. Lather. de Cens. l. 3. c. 16.

(p) De Rudolpho I. Imp. apud Lipsum in Monitis pol. l. 2. c. 9. monit. 3. p. m. 154. memoranda historia & in hanc rem scite faciens legitur. Res sic narratur: Agebat Rudolphus Noribergae, & rebus imperii ac publicis intendebat: cum ad priuatas eum vertit leuiter mercator quispiam, ius & vindictam petens in hospitem sive diuersitorem ibi notum, a quo grandi pecunia fraudatum se aiebat. Nam bona fide depositisse apud eum in sacculo ducentas argenti felibras (Marcas appellant) quas ille impudenter abnegabat, iniuriouse retinebat. Imperator de fide dictorum rogat: ille affirms, sed sua fide, nec aliis, vt solet fere in deposito, argumentis. Igitur Imperator, re perpensa, astum adhibendum censuit, & vestigiis verum indagandum. Quaerit ab homine, ille sacculus sive vidulus cuiusmodi esset? Describit formam: nec aliud Caesar, quam secedere eum in proximum cubiculum, & praestolari iubet. Habebat in animo euocare hospitem, sed fortuna commodius instituit, & vtro ad eum mittit. Nam veniunt primarii yrbi sciuies, vt solet, gratulatum Principi, & salutatum: inter quos iste infidus hospes. Norat adeo iam ante Caesar, & vt comitas eius erat, benigne & per facetias adpellat: *Heus tu, scimus illic pileum habes, mibi dona, & permuteamus.* Ille atristis, pileum libens dimisit, & honori hoc factum duxit.

Caesar

Cæsar secedit paullum, quasi publicum negotium auocaret, & fidum ac notum eius oppidi ciuem, cum ipso pileo illo, ad vxorem hospitis mittit cum mandatis: *Heus matrona, maritus iubet, ut Sacculum illum talem ad eum mittas: opus habet: & ecce tesseram fidei meae hunc eius pileum.* Mulier agnoscit pileum, & sacculum descriperat: itaque nihil ambigens ascendit, tradit, quasi ad maritum transcendendum. At ille resta ad Caesarem, qui vidulum vocato nunc denique mercatori ostendit, & *Hicne est? & agnoscis?* Adfirmat, exultat: tum & hospitem Imperator adhibet, & *Hic, inquit, de te queritur, & persidiam accusat: quid ais, & rebellis?* Audaeter ille, mentiri cum dicere, aut dementiri: nihil sibi rei cum eo esse aut fuisse. Denique Imperator sacculum profert, ad cuius aspectum ille confunditur, & animo ac lingua labitur. Quid multa? mercator pecuniam, hospes infamiam recipit, atque etiam damnum. Nam grandi pecunia alia Caesar eum multat.

(q) Huc refero diuersimodam aedium inquisitionem a variis populis visitatam. Grauin. Orig. Iur. Ciui. L. 2. p. 348. seq. Befold. Th. Pr. voc. *Haußsuchung.* Antiquus rem furtiuam mos inquirendi Sueo-Gothis, Germanis, aliisque gentibus frequentatus notabilis est & lectu iucundus. Recenset eum I. Loccenius in Antiquit. Sueo-Goth. cap. X. Si quid nimirum furto alicui erat abruptum, hoc indicabatur vicinis. Si quis vero alicuius domum suspectam habebat, quasi res furtiuia eo delata esset, is comitantibus cum sex viris, inuestigari eam legitime desiderabat, indicio tamen rei, quae & qualis esset, ante facto. Viri autem isti inuestigaturi discincti iubebantur ingredi aedes furti celati suspectas, & nudis pedibus & caligis, supra genua constrictis, ut additur in LL. Westogoth. tit. de furto. In decreto Tassilonis Boioariorum Ducis tit. II. leg. 15. hanc furtiuiae rei peruestigatio dicitur *Salisuchen a sale, coenaculum, conclave, & suchen, quaerere.* Causa, quod discincti & nudi intrare iube-

iubebantur, haec erat: ne aliquid clam sub veste forte importarent, animo traducendi patremf. aut ei calumniam struendi insidiandiue, aut intercipiendi aliquid atque occultandi. Porro haec confuetudo valebat, vt, si fenestra aut transenna tam patens in pariete aut tecto, aut foramen sub limine esset, per quod res furtiva transmitti posset, hospiti incumberet necessitas, se iuramento duodenae manus purgandi a praesumtione rei furtivae, quam vel ipse, si fur esset, vel alius ipso inscio forsitan potuisset eo traicere, fortean etiam ipso scientie, recipiente & occultante. Dum vero inquisitio peragebatur, custodia solebat adponi foribus, ne consciui aut rei rem occultatam latenter subtraherent & fortis reconderent. Res autem furtiva hoc modo inuenta conuocatis vicinis in rei fidem & testimonium exhibebatur. Praeterea huic pertinent, quae Tenzelius in seinen Monat. Unterred. mens. Iun. de A. 1668. p. 594. de aetite vim fures prodendi, vt falso creditur, habente, literis consignauit. Locus meretur, vt integer hoc transcribatur. Antoni sprach:
 Ich wundre mich nicht so wohl über die Gestalt der Adlers-Steine / als ihre verborgene Zugenden / welche sie haben / die schweren Geburten zu befördern / die Diebe zu verräthen / Schlangen und giftige Krankheiten zu vertreiben / ja gar einem der sie bey sich träger / Liebe bey andern / und Reichthum zu verschaffen. Das letzte hat wohl mehr Abweglauen als Wachheit hinter sich / urtheilte Herr Leonhard, und möchte ich dem Herrn nicht ratzen / bey seiner Liebe eines solchen Steines sich zu gebrauchen. Das erste ist mit einer sonderbohren moderation zu verstehen / denn er treibet die todte Geburt nicht / und wenn man ihn bey kreichenden Weibern an die lincke Hüfste bindet / muß man / so bald die Frucht heraus / den Stein wieder abnehmen / sonst wird die matrix oder Mutter mit herans gerrieben / und der Kindbettierin Tod verursacht. Ich dürfste auch nicht ohne Ursach wegen der Diebe zweifeln / und solches vielmehr den aber.

aberglaublichen Wörtern / so die Leute dabey gebrauchen / zuschreiben / als wodurch der Dieb geschrecket wird. Sintemahl Bellonius berichtet / daß die Griechischen Münche / wenn sie etwas verloren / alle Verdächtige zusammen rufen / Kneien einen ungesäuerten Teig mit Pulver von diesem Stein vermischt / unter eitlichen Seegen und Gebeten / machen Stücklein Brodis / so groß als eine Wicke oder Erbse daraus / und geben einem iedweden dreye davon zu essen / aber nichts zu trincken / da kan denn der Dieb das dritte nicht hinterschlucken / sondern steht in Gefahr zu ersticken. Wenn nun ein Dieb die schrecklichen Flüche / so darüber gesprochen werden / anhört / oder zum wenigsten davon weiß / wie kan es denn anders seyn / als daß er einen Schrecken vor solcher Speize bekommet? Daher ich mir gar nicht einbilden kan / daß ein Dieb wegen des Adlers - Seins veerathen werde: und bestärcket meine Meinung nicht wenig der alte Gebrauch / so bey den Sachsen und Franken vor diesen obseruirt worden / da man einen wegen Diebstahl / Ehebruch / Todtschlag &c. Verdächtigen ein Stücklein ungesäuert Gersten-Brot oder Schaaff-Käse / so zuvor exorciret war / gegeben / welches er nicht verschlingen konnte / wosfern er schuldig war. Ich habe deswegen vor wenig Tagen aufgeschlagen / was Baluzius in Capitularibus Regum Francorum , Carolus du Frene in Glossario Latinatis , und Menagius in seiner Histoire de Sable davon zusammen getragen / und sonderlich dieses Gebetlein gemercket: Ostende Domine tuam misericordiam , ut qui hoc furtum admisit, panis vel caseus iste fauces nec guttur eius transire possit &c. Da siehet mein Herr klarlich / daß bloßes Brot den Dieb verrathen / und man nichts von Adler Stein hinzu gehan. Ich dürfste mich fast gebens versetzte Herr Antoni , wenn mir nicht der Dioscorides im Kopff steckte / welcher gedencket / so man etwas von desselben Steine Pulver im Brodi einen Verdächtigen zu essen
B 2 giebet/

giebet / könne er unmöglich das Brodt einschlucken / wenn er schuldig ist. Herr Leonhard antwortete: Eben als wenn die Heyden nicht mehr als zu abergläubisch gewesen / und in dergleichen Fällen nicht exorcismos genug gehabt hätten. Vielmehr scheinen die Christen / wie viel andere Gewohnheiten mehr / also auch diese aus den Heydenthum behalten zu haben / welche sie mit hinzugesetzten Gebeten zu einer Christlichen machen wollen. Welches aber so wenig zu verantworten ist / als wenn man nach gesprochenen Gebeten und Litaney / einen arznen Nagel mit einem Hammer von Cypressen in einen mit allerhand wunderlichen Charakteren bezeichneten Tuckel schläget / und damit den Dieb ein Auge ausschlagen will. Non enim sunt facienda mala ut inde euenant bona. Huc usque Tenzelius, qui etiam p. 827-30. conferri potest, vbi alium apud gentiles usitatum ad eruendam in delictis grauioribus veritatem exhibet modum, quem breuitatis studio hisce pagellis inserere non potui.

§. 5.

*Transitio
ad condi-
tionem
furiuam.*

Praecipue populus Romanus a cunabulis licet longe rapacissimus , virtute tamen post numos quae sita, variis ad coercendos fures & refrenandos actionibus iurisprudentiam auxit, tam criminalibus quam ciuilibus, tam penalibus quam rei persecutoriis, tam famosis, quam non famosis &c. de quibus omnibus mihi dicendi nec animus nec locus est. Ego ex illis saltem, ad exhibendum pro more laudabiliter recepto specimen inaugura lis, vii amat adpellari, dissertationis, quorundam amicorum suasu, elegi vulgo sic dictam conditionem furiuam, quae mihi satis subtile & sua non destitutum utilitate argumentum , in quo tenuem virium mearum facultatem expedire queam , suppeditare videtur. Igitur placidae bono-

bonorum censurae me, meaque omnia quam lubentissime submitto, tradoque, meliora docentibus paratissimum pollicitus obsequium: Et cum absurdum & liberae hominis, etiam iuuenis, rationi aduersum seruitii genus esse credam, ita omnino in aliorum verba iurare, vt ab iis ne vnguem transuersum discedere liceat, fateor equidem, me aliquoties a magnorum nominum viris, alias tamen non minores fecutum, dissensisse, id vero non arrogantia quadam immatura aut ambitioso contradicendi pruritu, sed solo veritatis studio, ac non nisi modeste & salua semper contraria statuentium autoritate factum esse, sancte, imo sanctissime contestor. Quod reliquum est, TVam, DEVS, aeternum & inaccessum lumen, qui corda nostra ex nutu dirigis, cogitationesque mortalium exacte cognitas ad amissimi examinas, scrutaris, adprobas, reiicis, imploro gratiam, vt coepitus labor faustus cedat atque felix, & ad optatum perducatur finem; Qua fretus, & TVa, gratoe Lector, benevolentia, quam enixe exoro, subfultus progressum facio & formo

CAP. II.

De

Ipfa condicione furtiuia. Eiusque
vslu moderno.

§. I.

Praemissa ex pracepto Caii (a) ad praeparandum lectoris animum praefatione, ad ipsam propositae materiae pertractionem me accingo. Mihi igitur hoc loco non frustra dictum esse videtur, quod Cicero (b) elegansissime his verbis profert: Omnis, inquit, quae *In accepti-
ones voces inquirere necessari-
um est.*

a ratione suscipitur de aliqua re inititutio, debet a definitione proscisciri, vt intelligatur, quid sit id, de quo disputatur. Duo vero definienda occurunt, voces & res: Illae, vt res ipsae ab ambiguitate liberentur; hae, vt recto sensu sistatur id, de quo agi debet. Quamuis autem studium vocum parce satis commendet, quinimo improbet magnus cetera Hugo Grotius (c) vix tamen eius sententiae ad stipulari possum, nisi accipiatur de casu, vbi neglectis rebus in vocum tantum aucupia omne studium collocaatur. Alias, vt conuenienter res ipsae describantur, in voces quoque & nomina, quae illarum tam indolem quam disserimen argute saepius exhibent, aliqua cura impendenda est. Quamobrem, vt hoc quoque a me serueretur, explicationem prioris saltem vocabuli in rubrica positi, cum alterum per se notum & vix solidae ambiguitatis quid habeat, sollicitam suscipio.

(a) L. i. ff. de Orig. Iur. in pr.

(b) de officiis lib. i.

(c) de Iure Belli & Pacis Lib. 2. cap. 20. §. 23.

§. 2.

*Explicatio
vocabuli
Conditio-
nis, & quid
sunt con-
ditiones
in iure.*

Est vero illud CONDITIONIS vocabulum; quod a condicendo, quasi colloquendo de debito dictum esse ex Iasone refert Schneidev. (d) Condicere enim est prisca lingua dicendo, denunciare (e) Sed cum condicendi verbum non uno modo tum a ICtis tum ab aliis scriptoribus adliberi soleat, prona consequentia sequitur, *πράξις* illud accipi. Sic accipitur etiam pro exprimere, (f) pro repetere, (g) In materia conditionum in iure occurrentium sumitur vel generaliter, & quamuis actionem in personam comprehendit, (h) licet hoc

hoc generale nomen per speciales actionum appellatio-
nes inuentas, successiue mirum in modum restrictum de-
prehendatur: cum commodius sit, singulas causas singu-
lis adpellationibus distinguerem. (i) Vel specialiter, &
significat eas actiones in personam, quibus non dominus
intendit, sibi aliquid dari vel praestari oportere. (k) Dixi:
Non Dominus: Ergo excipiuntur quoque actiones per-
sonales illae, quibus ad aliquid restituendum agitur. v. c.
actio commodati, depositi &c. Quia etiam hae sua ha-
bent nomina peculiaria. (l)

(d) ad §. omnium I. de action. n. 121.

(e) §. 15. I. de Action. Mos enim olim fuit, ut qui litigare cum
aliquo vellet, aduersario denunciaret prius, ut in ius veniret,
his formulis: In Ius eamus: vel: In Ius veni: vel: Sequere
ad tribunal: vel: In Ius ambula. Briffon. I. 5. de form. in pr.
Qui ita vocatus, invitus, nisi daret fideiussores l. 1. ff. qui Sa-
tisd. cog. ire cogebatur, alioquin vi adhibita & iniecta manu
in ius obtorto collo trahi poterat, l. 21. ff. de in Ius voc. sine
inuria, dummodo actor, antequam reo manus iniiceret,
adstantes fecisset eius negotii testes. Grauin. de Origin. Iur.
Ciu. I. 2. pag. 375. seqq. Constituto postea per Praetorem
iudicio, diem committendi iudicij actor & reus simul dice-
bant, h. e. denunciando inuicem constituebant: Actor nem-
pe, quod vellet reum iudicio sisti: Reus vero, quod eo die
adfuturus esse. l. 8. ff. pr. qui satisd. cog. Idque uno ver-
bo, diem condicere, dicebant: Atque adeo hinc, quod con-
dicere sit, inuicem denunciare, i. e. simul dicere, condicicio-
nes etiam a mutua illa denunciatione dictae sunt atque vo-
catae. Donell. Comment. Iur. Ciu. Lib. 23. c. 2. Muller ad
Struv. E. 16. th. 38. lit. a.

(f) l. 66. pr. ff. de Contrah. emt.

(g) l. 13. pr. ff. de mort. caus. doa. l. 1. §. 2. ff. Si cert. pet.

(h) l. 25.

(h) l. 25. ff. de O. & A. l. 4. §. 2. & vlt. de R. C. §. 15. l.
de Act.

(i) §. 5. l. Quibus mod. testam. infirm.

(k) §. 15. l. de act. ibique Harprecht num. 5.

(l) Bachou. ad Wefenb. de Reb. Cred. num. vlt. Franzk. ad
ff. tit. de Reb. Cred. num. 6.

§. 3.

An condicione furtiuam, in ipso statim applicationis limine magnum attingo na recte inconueniens, quod deprehenditur reliquas inter conditionum species & conditionem furtiuam. Nam omnes, vt vidimus in praecedente §. conditiones datur non dominis ad dandum siue ad dominium transrendum, (a) conditione vero furtiuam rem nostram, nobis surreptam persequimur & petimus (b) ergo exinde fluere videtur conditionis vocabulum valde abusive, improprie & inconcinne adhiberi, quod ipse Imperator Iustinianus fatetur, dum hanc inconcinnitatem odio furum (c), vt pluribus, iisdemque promptioribus teneantur actionibus, introductam statuit. Verum enim vero, furum licet quam maximum sit in iure nostro odium, illud tamen tanti esse non poterit momenti, vt sanam rationem vincat, & contra prima iuris principia *adversari* quid introducat. Quae enim futura confusio, quae incertorum farrago atque absurdorum seges? Igitur longe alia subesse debet ratio, qua euincamus, conditionem furtiuam non penitus monstrosis contra legitimae scientiae regulas niti natalibus. Evidem ICtus cetera ad amissum perfectus (d) fuco mentitur colorem, statuens verbotenus siue grammaticae conditione furtiuam agi ad dandum,

dandum, reuera autem sive iuridice ad restituendum, cum non raro etiam ICtis contingat in re seria nugari,
 $\tau\eta\omega\varsigma\epsilon\nu\varphi\alpha\eta\mu\nu\gamma\sigma\sigma\sigma$. Verum ut ingenuum iuris studiosum nugae decent minime, quem non simulatam sed veram sectetur philosophiam oportet, (e) ita hac explicazione acquiescendum nefas esse arbitror. Potius rem hoc modo ab abscondititate, si non in vanissimum, maximam tamen partem, & melius ad minimum, quam ab illo & aliis factum est, liberari credo, si nimirum conditio furtiva partim ex rei vindicatione, partim ex aliarum conditionum natura conflata esse dicatur. Nam hanc actionem ita comparatam esse constat, ut non modo res ipsa, sed etiam rei pretium vel deperditae vel deterioris factae petatur (f). Iam qui pretium rei suae petit, is reuera agit ad dandum: In rem enim hucusque agere non potest, quia res, quae amplius non extat, vindicari non potest (g). Quatenus igitur conditio furtiva rem ipsam spectat, non est ad dandum, sed restituendum & imitatur rei vindicationem: Quatenus vero ad rei pretium actio instituitur (h), est reuera ad dandum & habet genuinam conditionum naturam. Ita nulla in ipsis rebus est contrarietas & impossibilitas, praesertim si cum Magno Thomasio statuam, conditionem furtivam eo tempore esse inuentam, quo rei vindicatio nondum dabatur aduersus eum, qui dolo desierat possidere (i). Imo accedit, conditionem furtivam habere locum, licet furtivae res absque dolo & culpa, quod factu possibile est, interierint. Rem melius ex ipsa definitione eiusque exegesi percipiemus.

- (a) l. 75. §. f. ff. de V. O.
- (b) §. vlt. I. de Obl. quae ex Del. nasc.
- (c) §. 14. I. de Act.
- (d) Wissenbach ad ff. disp. 26. thes. I.
- (e) l. 1. ff. de I. & I.
- (f) Huber. in Praelect. ad Inst. tit. de Act. num. 18. p. 373. a.
- (g) l. 23. ff. de R. C.
- (h) Quod plerumque accidit. *Cetera enim res furtivae vel non amplius extant, vel deteriores redditae sunt: Vel maxime si eas adhuc apud furem inueniri contingat, ne dominus earum subtili & difficiili dominii probatione oneretur.* Schilt. ad ff. Exercit. 24. §. 44.
- (i) Nam hanc qualitatem rei vindicationi nullo olim competuisse modo, desertis verbis discimus ex l. 27. §. 3. de R. V.

§. 4.

Studium bonae definitionis commendandum. Sed quomodo definitur conditio furtiva? Subtilis Philosophorum Hobbesius (a) recte monet, ex definitionum erroribus duci paullatim lectores in conclusiones absurdas, quas etsi tandem videant, extricare tamen se non posse, nisi demum ab initio computare incipient, atque hinc apparere, quam sit illi opus, qui ad scientiam veram tendit, accuratam, quantum possibile, rei, de qua acturus, definitionem praemittere, quo dein ex ea possint, velut ex fonte riui, facili negotio omnes recta via conclusiones deriuari.

(a) In Leviath. p. 1. cap. 4. p. 17.

§. 5.

Definitio conditio- nis furti- vae. Hoc monitum pro viribus obseruaturus, conditio nem furtivam, si non definiri, saltem hoc modo describi posse credo, *eam scil. esse actionem ciuilem, rei persecutoriam, non famosam, perpetuam, quae datur domino, cui res subrepta*

subrepta est, aduersus furem & heredes, ad rem furtiuam
cum omni causa restituendam & omne damnum resar-
ciendum.

§. 6.

Hanc conditionem vero ex dupli ratione intro-
ductam esse statuo, partim ob fauorem domini, vt tam *Cur intro-
ducta con-
dictio fur-
tina.*
onerosa dominii probatione subleuetur, tam rei aesti-
mationem forsitan extinctae recuperare possit: partim
ob fauorem furis, vt adsit etiam contra eum remedium
non famosum (a), licet non eam inficias, furem hac
actione saltem conuentum nihilominus incurtere infamiam
facti, quippe honesti & graues viri de eo vix ferent
melioris notae iudicium.

(a) Schilter ad ff. Exercitat. 24. §. 45. confer huius cap. §. 3.
ibique notas.

(b) Lauterbach in Comment. ad ff. h. t. thes. 2.

§. 7.

De origine & fundamento huius actionis DD. valde *Illius furem*
sunt solliciti, ita vt propter diuersas eorum opiniones vix *damen-*
tuto sciamus sententiam eligere. Eam tamen ex furto (a) tum.
non fluere, certe mihi cum aliis persuasum habeo, cum
condictio furtiuam disertis verbis in iure opponatur actio-
ni ex maleficio (b). Huc accedit ratio, quod non sit
famosa (c); furtum autem cum sit delictum maxime
famosum (d) actio inde orta non posset non esse famo-
sa. Deinde e delicto aduersus heredes nullae dantur
actiones, licet sint rei persecutoriae, nisi in quantum per-
uenit (e), sed haec condictio aduersus heredes in soli-
dum datur (f). Denique actiones ex furto resultantes

C 2

sunt

sunt poenales (g) condic^{tio} vero nostra nullam continet poenam, sed est mera rei persecutoria (h). Vnde igitur ego eam, aliquid certi ut ponam, deriuandam reor? Haec, ut paucis me expediam, est mea sententia: Prouenit nimirum illa ex obligatione legali, causam suam in perpetua furis mora habente (i), & hinc est magis actio dativa quam nativa (k): furtum vero in eam influit saltem ut causa sine qua non (l), ita ut de eo hinc quodammodo pendere dicatur (m): imo ipsa valde abusive actio furti adpelletur (n).

(a) Dissentient Struv. Exercitat. 18. thes. 50. Strauch. Dissertat. Iustinian. 19. thes. 7. Cornel. van Eck k. t. §. 3. & alii multi.

(b) vid. l. 10. §. 2. ff. de Compens.

(c) l. 36. ff. de O. & A.

(d) l. 1. ff. de his, qui not. infam.

(e) l. 4. in f. & ll. seqq. ff. de alien. iudic. mut.

(f) l. 9. ff. h. t.

(g) §. 5. I. de Obligat. quae ex Del. nasc. l. 7. §. 1. ff. h. t.
Hahn. ad Wesenb. h. t. num. 8.

(h) c. l. 7. §. 1. ff. h. t.

(i) l. 8. §. 1. h. t.

(k) Eckolt ad ff. h. t. n. 2. Bachou ad Treutl. V. t. D. 22.
Th. 12. Lit. b. Frantzk. ad ff. h. t. num. 2. Imo ipse Illustr. Thomasius, qui fere vbique actionis alicuius fundamentum vel ex delicto vel ex contractu aliquo prouocare potest, huic meae sententiae adstipulatur in not. ad Strauch. Dissertat. 19. thes. 8.

(l) Peracque ut adpropinquatio ollae ad ignem, non est causa efficiens calcinationis & coctionis, vel remotio valuarum non facit lumen: Quodsi tamen nec admotio ollae ad ignem nec valuarum remotio fieret, neque vim suam in aquam ali-

amue

amue in olla comprehensam materiam exercere ignis, neque
sol conclave illuminare posset.

- (m) l. 36. ff. de O. & A.
(n) l. 9. de in Lit. Iur. l. 14. §. 16. & l. 7t. pr. de furtis. Lau-
terbach. h. t. Wiflenb. D. 26. th. 2. Hahn. ad W. num. 7.
Brunnemann. ad l. 7. h. t.

§. 8.

In furtiu re soli domino condicō competit (a), quae regula adeo firma est, vt non patiatur exceptionem. Nam licet communiter DD. (b) conditionem furtiuam dispescant in eam, quae est certi, & eam, quae est incerti; distinctio tamen ista cum expressis pugnans legibus minime mihi aridet. Potius igitur vnicam saltem & simplicem de iure ciuili (c) conditionem furtiuam esse statuo, quae datur rei subreptae domino (d) eiusque heredi in dominio succidenti. Creditori ob pignus subreptum omnem furtiuam incerti etiam, vt speciose finitur, conditionem denego (e).

(a) Sunt ipsa verba l. 1. ff. h. t. conspirat ex amulsi l. 14. §. 16.
de furtis, vbi legitur: *Qualis ergo furti actio detur ei, cui res
commodata est, quaesitum est?* Et puto omnibus, quorum pe-
riculo res alienae sint, veluti commodati, item locati, pignorisue
accepti, si haec subreptae sint, omnibus furti actiones competere:
**CONDICIO AVTEM EI DEMVM COMPETIT, QVI
DOMINIVM HABET.**

(b) Schutz. CompPEND. h. t. p. 209. Schoepff. Syn. h. t. n. 2.
& 3. Struv. Exerc. 18. thes. st. & 52. Beyer Delin. Iur. h. t.
pol. 4. seqq.

(c) Notanter dico: de iure ciuili: Quia negare non possum,
dissentientes, propter numerum & aequitatis speciem, primas
in praxi tenere. Illud enim est seculi cacoothes, vt non am-
plius attendant homines, quid, sed a quo aliquid dicatur,

respicentes bellorum iudicium, in quo plus mille possunt, quam centum efficerentur. Eius tamen coicitatis, quod illis adhuc excusatione est, non sunt, ut assertis omnium omnibus calculum adiiciant, sed tum demum falsorum patroni fiant, quando dulcissimum aequitatis cerebrinae venenum eis sapore dedit.

(d) Qui tempore subreptionis fuit dominus. Si quis ergo post oblationem acquisierit dominium, condictionem hanc non habebit. Ita si Sempronio res furto subtraacta sit, quam Mevio legauit, mortuo Sempronio, non Meuius condicit ex sua persona, sed heredes Sempronii, vel Meuius ex iure celso. I. n. ff. h. t. Dissentit Hahn. ad Wesenb. h. t. num. 6. Sed illius rationes falsae sunt inductiones, licet Bachouio cetera subtili suas natales debeant. Ne tamen aliquid nobis obstat videatur, distinguo inter dominum, qui post subreptionem dominium consequitur, vel iure vniuersali, vel iure particulari talem; illi dans condictionem, huic denegans, prout haec ipsa distinctio in allegata l. n. h. t. fundata sat est.

(e) Obstant grauisime l. 12. §. 2. h. t. & l. 22. pr. ff. de Pignerat. aet. In illa dicitur: *Neratius libris membranarum Aristonem existimasse refert, cum, cui pignori res data sit, INCERTI CONDICTIONE ACTVRVM, se ea subrepta.* In hac vero: *Si pignore subrepto ---. Sed quod ipse debitor furti actione praesistit creditori, VEL CONDICTIONE, an debito sit imputandum videamus?* Hae duae LL. eundem habent Vopianum autorem, quae ideo crucem mihi figere non possunt, quia alia eiusdem lex antea lit. a. adducta omni me cura liberat. Ibi enim respondet Vopianus, commodatariis & aliis interesse in causa habentibus, furti quidem actionem dari, condictionem vero furtiuam minime, quod ea competat saltem, qui dominium habet. Ut igitur clare & absolute hoc in loco commodatarii, pigneratitiis creditoribus, & aliis omnis denegatur condicio furtiuia, eam absque aperta contradictione

ab eodem autore concedi posse, impossibile est. Attamen leges contrariae adiunt, quomodo ergo Vlpianus a contradictione liberabitur? Hoc ut fiat, sciendum, conditionem in genere diuidi in certi & incerti, illam subdivisum in variis species, ut discimus ex l. 9. ff. de R. C. hanc vero nulos ramos habere, sed toties dari, quoties specialis agendi ratio adest, seu quoties quis interesse suum demonstrare potest l. 22. §. ff. de Cond. indeb. l. 40. eod. His ita praemisis, videmus, citatas LL. non loqui de aliqua conditione incerti furtiuia, quae est signum interpp. sed de simplici condicitione incerti actione. Casp. Schifordegger. ad Ant. Fab. L. 2. Tr. 1. quaest. 6. vbi etiam inter alia Accursii distinctio conditionis furt. in directam & vtilem reicitur.

§. 9.

Competit (a) condicatio nostra aduersus furem manifestum & raptorem (b), imo etiam contra eos, qui contra ope & consilio speciali (c) & fruitione delicti participes furem. facti sunt. Si plures sint complices, singuli in solidum tenentur (d), nec exceptione divisionis se tueri possunt (e). Quoties enim plures ex delicto in solidum sunt obligati, toties non obtinet beneficium divisionis. Vnius tamen solutio liberat reliquos (f), quia in hac actione non agitur ad poenam (g) solvens tamen contra reliquias regressum non habet. Quoties enim unus ex delicto aliquid soluit, toties illi non conceditur actio aduersus criminis socios (h).

(a) conf. Schoepff. Synop. h. h. t. n. 5. cum seqq. Struv. E. 18. th. 54.

(b) l. 2. ff. de Cond. tritic. l. 10. pr. & §. 1. h. t. vbi tum de-
mum manifestus fur hac conditione teneri dicitur, si depre-
hensa non fuerit a domino possessio eius.

(c) Ergo

(c) Ergo condicō furtiva non datur aduersus eos, qui solum ope & consilio interfuerunt furto l. 6. ff. h. t. Secus atque est in furti actione l. 52. §. 2. de V. S. Ratio, quia condicō furtiva non respondet actioni furti, sed, ut supra habuimus, corrigit defectum rei vindicationis, quam solummodo aduersus rei ipsius possessores dari, notares est. Sed obicitur, sic domino aduerso ope & consilio concurrentes in furto non competere remedium: Negatur, habent enim actionem furti in duplum vel quadruplum. Pergitur: Hodie actiones in duplum & quadruplum non esse in usu. Hoc sane est aliquid dixisse; Distinguo tamen inter ius ciuale & mores hodiernos. Iure ciuali non dabatur condicō furtiva contra eum, cuius ope & consilio furtum factum erat, propter rationem modo allatam. Hodie vero, quoniam actiones poenales non sunt receptae, Richt. p. 2. dec. 96. n. 611. etiam condicō furtivam dandam esse credo, contra illum, qui ope & consilio furti reus est. Huber, in Prael. ad ff. h. t. n. 3, vbi quidem putat omnibus hodie competere debere condicō furtivam, quibus olim actio furti competit; sed nolim confundat generalē condicō furtivam incerti actionem, cum condicō furtiva: in dominis enim ipsi assentior, in non dominis vero ab eo recedo. vid. §. pracc. 8. ibique notas.

(d) l. 1. C. h. t.

(e) Brunnem. in Comment. ad c. l. 1. Cod.

(f) c. l. 1. C. h. t. cum enī sit nostra actio tantum rei persecutoria, idem bis exigi iura non patiuntur l. 57. de R. I.

(g) c. l. 1. C. l. 15. in f. ff. de tut. & rat. distrahit.

(h) l. 38. §. vet. ff. de Adm. tut. l. 1. §. 14. de tut. & rat. distrahit. beneficium enim diuisionis est fauor ob societatem obligationis introductus: nulla vero societas maleficiorum vel communicatio iusta damni ex maleficio est.

Datur et-
iam contra
heredes in
solidum.

§. 10.

Vt vero heredes sunt successores in omne ius &
acti-

actuum & passuum, quod defunctus habuit, non est dubium, quin haec nostra conditio contra eos quoque detur: In solidum vero, an in id tantum, quod ad eos peruenit (a)? non conueniunt. Placet sententia eorum, qui prius defendant. Sicut enim aliae actiones rei persecutoriae ex delictis, licet solum dentur contra heredes, in quantum ad eos ex delicto defuncti peruenit (b), tamen post item contestatam in solidum in heredes dantur (c), quod per eam inducatur quædam nouatio, & singularis contrahatur mora & perpetuetur obligatio (d) Ita ob peculiarem quoque, quam fur in restituenda re committit, moram (e), perpetuatur obligatio (f) ac in solidum in heredes transit, licet plane nihil ad eos peruerterit (g).

(a) Vt putat Cuiacius, cuius verba lib. 7. Obs. 37. haec sunt:
Videamus, an verum sit, conditionem furtiuam in heredem in solidum dari. Omnibus placet dari, secundum l. 9. ff. de C. F. quae si deesset, omnibus placet, non dari. Nam & in patrem in solidum peculium non datur l. 3. §. pen. D. de peculio, cuius eadem per omnia est in ceteris, quac heredis, causa. Heres non tenetur ex poenali causa. Pater non tenetur ex poenali causa. Heres tenetur post condemnationem, vel post litis contestationem defuncto testatore. Pater tenetur post condemnationem mortuo, aut vivo filio, vel post litis contestationem mortuo filio. Heres mea poenali non tenetur etiam si quid ad eum peruerterit. Idem est in patre. Heres actione, quae ex delicto videatur esse, licet rei tantum persecutionem contineat, non tenetur, nisi in id, quod peruenit, veluti conditione rerum amotarum l. vlt. C Rer. amot. Cur & idem non statuimus in conditione furtiuia, cum & hanc confit in patrem non dari, nisi in id, quod peruenit, cum & ad eundem modum dicatur in heredem dari utraque? l. contra §. si post. D. Rer. amot. cum & aperte dicatur l. 9. vlt. adhibita l. 10. ff. de tut. & rat. distractib. conditionem furtiuam morte furia

interire. Cur dabimus potius conditionem furtiuam in solidum, quam actionem rerum amotarum. De dolo malo, quod iudi cū mutandi causa, quae eiusdem conditionis sunt, id est, ex delicto, & ad rem persequendam. Putemus & in actionibus misfis eandem esse causam heredis, & patris, excepta actione de Bonis raptis. Sed quid est igitur, quod ait d. l. g. ibi: IN CONDICTIONE EX CAVSA FVRTIVA NON PRO PARTE, QVAE PERVENIT, SED IN SOLIDVM TENEMVR, DVM SOLI HERedes SVMVS &c. Hic sane ad tempus subsistere liber. Huc usque Cuiacius. conf. idem L. 13. o. 37. Et haec opinio multos non exigui iudicij inuenit aseclas, quos inter potior est Marc. Lyclama a Nyeholdt. ICtus Frisius in suis membranis Libr. t. Eclog. 18. & alibi. Huic se opposuit Casp. Schifordegher. ad Ant. Fabr. Libr. 2. Tr. t. q. 9. cum seqq. Videmus interim ex ipsis Cuiacii loco cardinem totius opinionis haerere in l. 6. §. 4. Rer. amot. vbi dicitur: *heredem mulieris, quae res viri diuortiū causa amotū, rerum amotarum actione teneri, sicut heres tenetur condicione furtiuā.* Habent sane haec verba speciem quandam & difficultatem, quia rerum amotarum actione tantum datur in heredem, quatenus peruenit l. vlt. C. Rer. amot. cum vere sit ex delicto, licet rei persecutoria l. 12. §. 5. ff. eod. quales actiones non dantur in heredem, nisi quatenus peruenit l. 44. de R. I. Plerique hunc nodum Gordium fauore matrimonii soluunt, ob eumque hanc differentiam inter l. 9. h. t. & l. vlt. C. Rer. amot. introductam esse autumant; sed cum de hoc speciali fauore neutra in lege fiat mentio, alia omnino procedendi via ineunda est. Puto itaque sic rem componi posse; distinguendo inter conditionem furtiuam quae datur contra alios, & inter eam, quae datur contra vxorem, eiusque heredem, de qua mentio fit in l. 3. §. 2. Rer. amot. ita vt in l. 6. §. 4. Rer. amot. comparatio instituatur rerum amotarum actionis cum conditione furtiuā non omni, sed tantum ea, quae datur

datur contra vxorem eiusque heredem, non in solidum, sed propter personarum reuerentiam, l. 3. §. 2. Rer. amot. saltem quatenus peruenit. His ita positis semper condicatio furtiuia datur contra heredem in solidum, excepta vxore, eiusque herede, contra quos datur condicatio furtiuia, rerum amotarum actio. Quod ad reliquas LL. obstantes attinet, videsis Huber. Prael. ad I. tit. de Obl. quae ex Del. nasc. n. vlt.

- (b) l. vn. c. Ex Del. def. in quant. I. 44. de R. I.
- (c) d. l. vn. C. iunge l. 139. & 164. de R. I.
- (d) l. 8. h. t. l. vlt. in f. eod.
- (e) vid. l. 91. §. 3. de V. O.
- (f) I. 7. §. 2. & l. 9. h. t. cuius posterioris legis sensum vtur per se clarum, magis adhuc illustrat versio graeca Librorum *Βασιλικῶν* libr. 20. t. 10. l. 9. quae sese habet ita: οὐ μερικὸς κληρονόμος ταῦθ' ὅστιν κληρονομεῖ ἐνέχεται, οὐ δὲ μόνος εἰς δόκιλην, ναὶ τοῖς εἰς μόνον τὸ περιελθόν. I. c. Heres ex parte pro ea parte, qua heres est, tenetur. Solus autem & in solidum, & non in id tantum quod peruenit. Struv. E. 18. th. 54.

§. II.

Anceps & diu multumque inter DD. agitata quaestio **Datur** est, an heredes furis ad restitutionem rerum furtuarum **contra he-**
teneantur, quando fur fustigatus, aut ei poena capitalis **redes, licet**
dictata fuit? Evidem ad huius quaestions decisionem **fur fusti-**
gatus vel ius ciuale non inseruit, quoniam eo poena laquei (a), **laqueo sus-**
vel alia capitalis furibus nulla dictabatur; interim tamen **focatus**
non erit absonum, si propter harmoniam iuris, adfirma- **fuerit.**
tuum tueamur. **Quemadmodum enim actio furti ad** **Contraria**
poenam priuatam tendens, actionem rei persecutoriam **obtinet de**
ex hac ratione non consumit, quia ad diuersa tendit **Iure Sax.**
vraque actio: ita quoque accusatio criminalis & exinde **Elect.**

proueniens poena publica, plane diuersa est a rei persecutoria actione, & sic eadem consumere nequit. Ulterius: Si actio penal is priuata non consumit condicitionem furtiuam, vbi tamen poena priuata lucro domini furtum passi cedit; multo minus accusatio criminalis eam conditionem absorbere potest, cum ex poena publica domino nullum plane lucrum obueniat. Quid enim prodest domino, cui res subrepta est, furem in patibulo pendentem esse lumen mundi? Per hoc eius damno non consultitur, nec iniustitia erga eum commissa reducitur ad iustitiam & aequitatem, nisi etiam res furtiva vel eius aestimatio restituatur (b).

(a) Laquei poena primus Imperator Fridericus fures afficiendos fanciuit his verbis: si quis quinque solidos valens aut plus fuerit furatus, suspendatur: Sin minus, scopis & forcipe excorietur. 2. Feud. 27. §. 8. Quod tamen nullatenus eo velim intelligi, ac si laudatissimus Imperator huius supplicii primus inuentor extiterit, quippe quod inter Hebraeos Num. 25. v. 4. Deut. 21. v. 22. Matth. 27. v. 5. Act. 1. v. 18. Turcas, Rijberg. in Relat. rer. Turc. c. 4. p. 35. Saxones, Libr. 2. Land-Recht art. 13. aliasque gentes longe ante Fridericianam hancce constitutionem receptum legimus. vid. Sueton. in Tiber. cap. 61. Ceterum de primo huius supplicii inuentore nil certi statuere possumus. Hoc tamen certum est illud in crucifixionis locum, abrogata cruce, a Constantino M. surrogatum esse. Cod. Theod. L. IX. tit. XI. Confirmata laquei poena est Const. crim. Carol. V. quam tribunalia nostra propterea, vix tamen in alio crimine, quam furti, decernere solent. Krausold. de Miraculis Raspini §. 23. seqq. Iustitiam huius poenae satis a nostratis probatam arbitror, ita ut Paris de Puteo & sequaces frustra clamitent, Friderici Imperatoris animam propter hanc ipsam de furibus in furcam tollendis editam lunctionem, flammarum infernaliuam vtionibus torqueri, cauill-

eauillenturque, ad tertium gradum ideo eius non peruenisse generationem.

(b) Pluribus conferri possunt Hopp. ad §. 19. I. de obl. quae ex Del. nasc. Finckelth. obs. 59. Lauterb. ad Tit. de Cond. furt. §. 12. & alii innumerabiles. In praxi tamen aliud de Sax. El. & Sax. communi aliquis territorii est dicendum. Nam ibi est recepta Carpzou. sententia, quam habet in Pr. Crim. Quæst. 80. & P. 4. c. 32. d. 23. ita vt. si fur laqueo aut fustigatione punitus sit, & res ad heredem non perueniterit, hac condicione heredes conueniri nequeant, per Dec. El. Sax. 86. cuius verba haec sunt: Wiewohl hierinnen bey den Rechtes Gelehrten allerhand widrige Meynungen/ die zum Theil auf Subtilitäten hinaus lauffen/ zu befinden seyn; so ist doch der Billigkeit/ und unsrer 12. Conficit. P. 4. gemäß/ und in unsren Landen vorlängst also gesprochen/ wenn ein Dieb gehangen/ oder mit Staupen-Schlägen des Landes ewig verwiesen/ oder an Statt der vorenthaltenen Straafe ihm das Gefängniß zuerkannt/ und darinnen versterben wird/ auch die entwendeten Sachen nicht mehr vorhanden/ sondern verthan oder veräusseret seyn/ daß die Erben/ den Werth derselben zu erstatten/ solchesfalls nicht angehalten werden sollen; dabey Wir es auch allerdinas bewenden lassen. Wofern aber der Delinquent nur der Vermahrung halber in Hofft und Gefängniß behalten/ und ihm das Urtheil/ oder die zuerkannte Straafe des Stranges angekündigt wird/ er aber/ ehe die Execution erfolget/ des natürlichen Todes stirbt/ auf diesen Fall/ zwischen welchen und den vorigen ein grosser Unterschied ist/ seynd die Erben den Werth der vertrauten und gestohlenen Sachen dem Eigenthum-Herrn/ welcher das Seinige nicht gar missen kan/ aus des Diebes Verlassenschaft zu erstatten/ schuldig/ darnach sich die Unfrigen zu achten. In Saxonia Ducali & reliquis Germaniae prouinciis Finckelthausii & aliorum sententia, etiam a me defensa, vi-gorem habet, licet Illustr. Christ. Thomasius in Not. ad ff. tit.

de C. F. eam omni fundamento destitutam arbitretur. Nam quod Vir Excell. asserit, nondum probatum est, & hinc praxi haec tenus valide receptae praeiudicare nullo modo potest. Richt. Part. 2. Decis. 96. n. 114. vbi egregium praeiudicium. Stryck. Vl. Mod. tit. de C. F. §. 6. Ludouici de Restitut. rei furt. c. 1. Schilt. Exerc. 24. thef 48. ib i: Sed & tunc habebit locum haec actio, si forte fur morte naturali aut ex alia causa vel Delicto mortuus fuerit. Churf. Land- Recht 1.2. art. 17.

§. 12.

*Fur dis-
pen-
satio-
nem impe-
trans a la-
queo, con-
ditione
teneatur.*

Ostensum est antea Iure Saxon. Elect. contra furis heredes nullam competere conditionem, si is ultimo supplicio affectus fuerit, nihilque ex ipsis rebus furto ablatis ad eos pertigerit; Quaeritur itaque huius constitutionis occasione, an ipse fur ad aestimationem rerum furto subreptarum & deperditarum teneatur, si ex dispensatione Principis poena laquei ei remittatur, condoneturue? Affirmatiuam teneo, propterea, quod Ius Saxon. Elect. in superius allata constitutione a norma & regulis juris communis recedit, atque adeo stricte capiendum est de eo casu, vbi poena corporalis data est executioni, de quo etiam solo conceptis verbis loquitur Electoralis sanctio (a). Vnde & apud Carpzouium (b) illud Iuris Saxonici placitum ad eundem casum, vbi *poena capitalis inflicta sit, restrictum esse*, videoas. Sed dicis: gratiam reo factam tertio non proficere (c). Respondeo, dispensationem principis hoc loco condicenti non proficere, sed ipsum ius laeso subuenire, vt pote quod secundum ea, quae praedixi, reo non aliter immunitatem a restituenda rei dat, quam secuta sententiae criminalis executione, quae vbi deficit, ipsa iuris dispositio cesset, necesse est. Nec vtro modo illa quidem executio impediatur,

pediatur, interest: nam modus intermissae executionis non variat ius, vbi ipsa executio requiritur. Igitur sola sententia, per quam criminalis poena reo dictata est, non sufficit, vt fur rem praestandi onere leuetur (d).

- (a) Part. 4. const. 12. ibi: Am Leben/ oder auch nach Gelegenheit mit Abhauung der Hand oder Staupen-Schlägen gestraffet. conspirat Land-Nrecht L. 1. art. 6. & Gl. Germ. in L. 2. art. 35. & in L. 2. art. 31.
- (b) Prax. Crim. quæst. 80. n. 118. vbi ita: Haec tamen ita accipi velim: si poena suspendii vel fustigationis reo infligatur. Quod si vero accidat, vt fur relegatione vel carcere puniatur, quin is simul ad restitutionem damni ac præstationem aestimationis sive interesse condemnari queat, dubium non est.
- (c) Hoc argumento vtitur Berlich. part. 4. concl. 19. in qua aliis quoque rationibus copiose, more suo, conquisitis suum ostendit dissensum.
- (d) In hanc sententiam non vna vice Illustr. Ord. Viteberg. respondisse testis est Berger in Resol. ad Lauterb. p. 211.

§. 13.

Sicut necessitas nullam habere legem dicitur, ita *Contra eum, qui summa necessitate aliquid abstulit, non datur conditio.* nulla quoque conditio dabitur contra eum, qui in extremo vitae periculo (a) constitutus aliis edulia, vestimenta & similia aufert. Quodsi tamen ad meliorem fortunam peruerterit, vtique restitutionem ablatarum fieri, naturalis & ciuilis ratio dicitat, & per consequens contra resarcire cessantem actio domino competit, necesse est.

- (a) Licate enim aliis eiusmodi res eripiuntur, si periculum sit.
(1) extreum, (2) aliis mediis indeclinabile, (quæ duo fluunt ex definitione necessitatis) (3) citra culpam continent, & (4) alteri per ablationem non aequæ imminens.

Hic

Hisce quippe requisitis concurrentibus ius imperfectum mutatur in perfectum, quia facile determinari potest, an notabile alterius incommodum subsit: Et quia ad subleuandam extremam alterius necessitatem, incommodum aliquanto maius subiri debeat. conf. Pufend. de I. N. & G. L. 2. c. 6. §. 4. B. Georg. Beyer in Delin. Iur. Diu. c. 12. p. 74--77. Sed quid dicit Cap. Zieglerus? Eiusmodi necessitatis casum hodie non esse dabilem. vid. comment. ad Grot. L. 2. c. 2. §. 6. Verum enim vero, licet rarius eiusmodi contingere casum concedam, penitus tamen illius castra sequi non possum. Quid enim, si quis migrare non possit ex urbe, v. c. obfesa vel peste infecta. Et quid, si latronibus impeditus in regione ignota equo obuiam abrepto, cuius dominium ignorat, effugiat, cum aliter euadere non possit. Neque facit quod praesens ex fame vitae periculum non sit, nisi quis exhaustis viribus iam decumbat, quirapere ob infirmitatem nihil potest. Non enim ad praesentiam periculi, sed ad certitudinem regulariter respicitur. Accedit quidem in ciuitatibus requisitum, vt praesens sit periculum, sed eo casu tantum, si magistratus in continentia a periculo me liberare possit. At hic, dum causa cognoscitur, fame centies perendum esset. Beyer c. l. positionibus seqq.

§. 14.

*Quid probandum in
Conditio.
furtiuam
an detur
contra
tertium
possessorum?*

Ante omnia autem vt conditio furtiuam procedat, probandum est (a), rem restituendam furto esse ablatam. rem enim hanc vel illam ad aliquem pertinere, qui iam non est possessor, non praesumitur, quia possessor per ipsam possessionem se maiori in re iure gaudere in dubio euincit (b). Et furtum est res facti, facti vero quae sunt, debent probari, cum quilibet praesumatur bonus, vt est notissima iuris regula. Nec sufficit sola furti probatio, sed practerea requiritur, vt dominium vel quasi quadam tenus

tenus demonstretur; difficili enim & subtili dominii probatione opus non est, ut supra vidimus. Sed quid si contra tertium furtuae rei possessorem, contra quem conditio furtua non habet locum (c), agatur? Respondeo, instituendam esse rei vindicationem (d), & sic opus esse plenaria dominii, vel propter publicianam in rem actionem, b. f. probatione (e), quippe quae non presumuntur.

(a) Ordin. Crim. Caroli V. art. 207. ibi: Und so iemand der selben Haab begehrt / und so viel anzeigen / daß ihm die unzweifelich geraubt oder gestohlen sey / so soll ihm die wieder verschaffet werden. Et postea: So dann der Kläger beweist / daß dieselbige Haab sein / und ihm räublich oder diebstisch genommen sey / so soll ihm die durch Recht zuerkannt und wieder werden. Et in seq. art. 208. Beweise aber ein Kläger in ob bemeldten Fall der ansprüchlichen Haab halben / die Eigenschaft genugsam / und könnte doch dagegen nicht beweisen / daß ihm die durch Raub oder Diebstahl entwendet worden wäre / und die Antworter möchten dagegen zu Recht genug nicht darbringen / daß dieselbe Kriegische Haab mit guten rechtmäßigen Titel von dem Kläger bracht / und an sie kommen wäre / so soll dem Kläger auf sein Vertheurung mit dem Eyd / daß ihm solche Güter geraubt / oder gestohlen worden seyen / geglaubet werden / und ihm dieselbe abermals / inmaßen / als obsteht / darauf folgen. vid. Maseard. de Probat. conclus. 830. n. I. seq. Richt. dec. 96. n. 7.

(b) §. 4. I. de Interd. ibi: commodum autem possidendi in eo est, quod etiam si eius res non sit, qui possidet, si modo actor non potuerit suam esse probare, remanet in suo loco possessio: propter quam caufam, cum obscura sunt virtusque iura, contra petitorem indicari solet,

E

(b) na-

(b) natura enim conditionis, utpote actionis personalis, non est, ut personam rei egrediatur. Lauterb. in Comment. ad h. t. §. 12.

(d) datur etiam conditio generalis sine causa. Schilt, ad ff. E. 24. th. 49.

(e) Quia praetitia, res restituenda absque omni pretii refusione l. 23. C. de R. V. Quia ineptum esset, pro re, quae omnibus partibus mea est, nouum pretium soluere: concordat. Confl. Cr. Car. V. art. 214. ibi: Das derselbe / der also das Seine wieder erlanget / niemand nichts schuldig seyn soll. Conspirat Ius Saxonum in Land. Recht L. 2. art. 36, ibi: Seine Pfennige aber verleust er / die er darum gab / und jener behält sein Gut; das ihm gestohlen oder geraubt war. Et hoc procedit, licet a mercatore tempore nundinarum emta sit. Mey. ad I. Lub. p. 4. art. 8. & 9. Rationes ex iure diuino & humano adducit Richt. Dec. 96. n. 25. 26. cum seqq. Imo verum est, licet emtor rem cum protestatione emerit, quod rem comparare velit nomine eius, cuius sit, restituturus eam refuso pretio. Moller L. 3. semest. c. 10. Berlich. p. 5. concl. 45. n. 18. Nisi res alias peritura fuisset. Stryk. in Caut. contr. S. 2. c. 8. §. 48. Struv. in Iprud. I. 2. t. 13. §. 10. In Electoratu tamen Sax. si iudiciliter protestatus fuerit, de re emta domino repetenti restituenda, pretium solutum repetere potest. Dec. 90. Et iure Lubec. si quis per trinas alienatione bona fide equum sibi comparauerit, non tenetur eum restituere. Ius Lubec. p. 4. t. 1. art. 3.

§. 15.

*Ad quid
detur con-
dictio fur-
tiua.*

Datur (a) conditio furtiuia ad res furtiuas, cum omnibus accessionibus & fructibus perceptis (b), & perdictio cipiendi (c) restituendas (d), licet rerum forma sit mutata (e), sed utrum tamdiu, quamdiu extant: an vero, & si desierint esse in rebus humanis, aut aliqui perierint? Et si quidem obtulit sur, aut moram aliqui purgauit, noua-

nouata obligatione, aut alio modo, sine dubio nulla erit condicō (f). Si non obtulit, quamvis paratus fuerit excipere conditionem, & per dominum steterit, dum in rebus humanis fuit, condicere, aestimationis condicō nihilominus durat: quoniam fur semper moram facere in re restituenda, quam auferre non debuit, intelligitur (g). Qui autem in mora est, illius periculo res semper perit (h). Sed cuius temporis aestimatio fiat? quaeritur. Placet tamen, id tempus spectandum, quo res vñquam plurimi fuit (i): maxime cum deteriorem rem dando fur non liberatur. Denique agitur ad omne interesse, & iuramentum in item praestari potest (k).

(a) Schoepff. Syn. h. t. n. 16. cum seqq. Wesenb. in Parat. h. t. n. 8.

(b) l. 8. §. 2. h. t. Ne fur ex re aliena lucrum faciat. Zoef. h. t. n. 7. Sed cum fructus, qui rei emolumētū sūnt, non intelligantur nisi deduc̄tis impensis, quaeritur, an fur etiam eodem deducendi priuilegio gaudeat? Resp. Negando. Qui enim in rem alienam scienter impensas facit, illas donasse censetur, in tantum, ut quamvis alias m. f. possessor expensas necessarias repetere possit, furi tamen ad illas repetendas omnis quoque degenetur actio. l. 1. C. de infant. exposit. l. 13. h. t.

(c) l. 22. C. de R. V. I. 33. cod. Ratio, quia iniquum, vt quis ex mala fide, & dolo suo sentiat lucrum. arg. l. 206. de R. I. & sibi imputet fur, quod rem alienam abstulerit atque detinuerit. Sed notandum, eos percipiendos fructus hac condicō saltem peti, qui HONESTE A DOMINO percipi potuerint: Nam in fructibus percipiendis respicitur ad honestatem, ne quis ad delinquendum inuiteatur; non item in perceptis, quia turpia lucra etiam malae fidei possessori sunt extorquenda. l. 27. §. 1. l. 52. de hered. petit. arg. l. 5. de

E 2 column.

calumn. Sic itaque non restitut m. f. possessor domino le-
noni fructus, quos ipse ex lenocinio percipere potuisset; be-
ne tamen restituet, si percepérít. conf. Hopp. ad §. 35. I.
de R. D.

- (d) l. 8. §. 2. h. t.
- (e) l. 13. h. t.
- (f) c. l. 8. h. t. l. 17. eod.
- (g) l. f. h. t.
- (h) l. 5. Si cert. pet. l. 12. §. f. Depos. l. 47. §. f. de leg. i.
- (i) Quia hic tempus admissi delicti, litis contestatae & rei iu-
dicatae inspicitur, ex quo res vñquam plurimi fuit: illud
enim fur. praefare tenetur. Idque ad executionem senten-
tiae vsque producendum volunt DD. vid. Hahn. ad Wesenb.
h. t. n. 8.
- (k) l. 3. h. t. l. 9. de in Lit. iur.

§. 16.

Quibus creditoribus praefatur dominus pertens rerum furtiuarum aestimationem.

Sí res furtiuia consumta sit, neque fur, ob defectum sufficientis summae, ad laqueum condemnetur, sed mul-
ta ipsi dictetur, dominus quod ad rei furtiuae aestimatio-
nem, fisco anteponitur (a). quia illius ius tanquam prius
absorbet huius, tanquam posterius: Nota axioma: *Quo-*
ties dominus rei furtiuae persequitur rem, eiusque aesti-
mationem, toties fisco praefertur: quoties autem perse-
queretur poenam duplivel quadrupli, toties fisco postpo-
neretur. Ratio est, quia in pari causa, puta poenali, fisci
potior ratio habenda. Alioqui ius περιτολυψίας domino
rei furtiuae, ratione pretii inita, prae ceteris (b) credito-
ribus, praeter fiscum non competit (c).

- (a) l. vn. C. poen. fisc. cred. praef. l. 17. de Iur. Fisc. Const. Crim. Car. V. art. 157. Berg, in Tract. de Vs. act. poen. part. post. th. 11. Idem in Elect. Ipsi. Cr. p. 37.
- (b) Non obstant in Const. Cr. Car. V. art. 159. verba: *Vor allen Dingen / vtpote quibus laetus siue dominus praefertur fisco quo ad multam, non reliquis creditoribus.*
- (c) Ho.

(c) Hodie tamen vsl fori communis doctrina inualuit, dominum rerum furto abreptarum habere tacitam hypothecam in omnibus furis facultatibus, Carpz. Pr. Cr. qu. 80. n. 119. vbi ex Salyceto sequentem adducit rationem : *Bona delinquentis esse tacite obligata pro male ablatis, & hoc pro liberatione animae delinquentis*, licet multi DD. contrarium non ineptis rationibus statuant, quibus commotus & ego illis me associam, nisi Carpzouii doctrinam de altera triumphum egisse & vbiuis fere locorum vim consuetudinis obtinuisse viderem. Vbi igitur haec tacita hypotheca recepta est, ibi huius vigore in concursu creditorum aliis, ius plenius non habentibus, dominus ob rerum furtuarum aestimationem praefertur. Wernh. Select. obseru. forens. 288. Ut iliter ergo, propter Ictorum dissensus, facit, qui cum condicione furtiva hypothecariam actionem cumulat. Schilt. Ex. 24. §. 48. absque tamen furti accusatione. Schilt. cit. loc. vti apparet ex sequente amplissima facultat. Iurid. Lips. responso: Ob wohl Carolo M. von H. solcher seiner Verbrechungen wegen Leibes- und Lebens-Straffe zuerkannt worden/ und in dergleichen Fällen die geringere Strafe und Restitution der abgenommenen Sachen abforbitet und aufgehoben wird: Dennoch aber und dieweil aus den Acten und vielen von der Frau Deuffelin ausgefertigten unterthägnigen Supplication-Schriften/ sonderlich aber derjenigen/ so Ihr Gnaden sub dato den 28. Apr. dieses 1624. Jahres an Hochgedachte Ihr Fürstliche Gnaden in Unterthänigkeit abgefertigt/ so viel zu vernehmen/ daß wohlermeldie Frau Deuffelin wider den gesangenen H. eing und allein ciuiliter, und damit Sie Dero Ihr abgenommenen Sachen wiederum fähig und theilhaftig werden möchte, beklaget/ die Strafe aber des begangenen Strafen-Raubes/ und was dabeys wegen Erhaltung des allgemeinen Wohlstandes fernier zu thun seyn möchte/ Ihrer Fürstlichen Gnaden gänzlich anheim gesiellet/ und also zwischen den allgemeinen und den Frau Deuffelin Privat-Wegen und Interesse ein Unterscheid billig gemacht wird: So ist auch offthesagter Frau Deuffelin/ nachdem

Carol Magnus von H. seiner an Ihr und sonst verübten Verbrechungen wegen die zuerkannte Leibs- und Lebens-Straffe erlitten/ wegen Wiedererstattung derer Ihr noch ausstehenden und abgenommenen Kleinodien/ wider dessen Erben/ oder da dieselbe nicht vorhanden/ wider den von der Obrigkeit auf solchen Fall ex officio verordneten Curatorem Bonorum. Ihre sumarische Klage ferner zu verfolgen unbenommen/ V.R.W. vid. Richt. dec. 96, n. II4.

§. 17.

*Reproba-
tur con-
suetudo,
qua res
furtiuae
apud fures
conceptae
indistincte
fisco ad-
plicantur.*

Quemadmodum porro ab omnibus rerum furtuarum possessoribus res suas dominus condicere & vindicare potest, ita opinio quorundam iudicium quam maxime fallit, qui consuetudinem suorum iudiciorum praetendentes, res furtiuas fisco (a) adipicere attentant: Quis enim non videt, huicmodi consuetudinem esse impiam? Sub cuius praetextu, nec dominus, qui nihil admisit, propter delictum furis, re sua priuari debet (b). Et valde iniquum esset, vt magistratus cum iactura & damno domini locupletaretur (c). Custodia igitur tantummodo commititur magistrati, donec verus dominus res furto abreptas repeatat (d). Adque hanc restitutionem magistratus ita deuinctus est, vt nec impensas (e) in capturam, torturam, custodiā, executionemque furis factas detrahere liceat (f). Sunt enim haec onera iurisdictionis, cum fructibus (g) iurisdictionis seu multis aliunde perceptis compensanda.

(a) Eiusmodi consuetudinem in Turgouia aliisque Heluetiae partibus vigere, tradit Mylerus ab Ehrenbach de Princ. & Stat. Imp. p. 2. c. 39. §. 6. 6. Et pro ea quodammodo pugnare videtur I. 9. ff. de Iure fisci, quae hunc in modum a Modestino traditur: *Lucius Titius fecit heredes sororem suam ex dorante, uxorem Maeuiam & sacerum ex reliquis portionibus eius testamentum postumo nato ruptum est: qui postumus bre-*

ni 5

ui & ipse deceperat: atque ita omnis hereditas ad matrem postumi devoluta est: fidei testatoris Maeuiam beneficium in Lucium Tirium accusauit: cum non obtinueret, prouocauit: interea deceperat rea. nibilominus tamen apostoli redditi sunt. Quaero, an putas extineta rea cognitionem adpellationis induendam, propter hereditatem quaestam? Modestinus respondit, morte reae criminis extincto, persecutionem eorum, quae scelere adquisita probari possunt, fisco competere posse. Ex hac lege evincitur: Quicquid scelere adquisitum, cedit fisco: Hoc posito, subsumi potest, res furtivas non debere restituiri suis dominis, sed ad fiscum pertinere, quia fuere a fure scelere adquisitae. Verum enim vero hac lege thesis nostra non feritur, quia fur suo facinore rerum furto ablatarum dominium non consequitur, ergo nec fiscus ius in eas sibi ullum asserere potest. Secus est in casu obiectae legis, ubi Maeua per crimen beneficium, maritalis patrimonii domina fuit facta. Hoc obstaculo remoto, resistit Cuiacius, qui, cum diligentissimo patrism, nunquam furto quid subripiatur, ideo hac poena domini negligentiam coercendam esse statuit. Sed

auditum admissi risum teneatis amici
meo iudicio haec obiectio per semetipsam satis sufficienter que refellitur. Nam si Cuiacius, (eum adhuc inter viuos fingamus) optimam exactissimamque suis rebus adhiberet diligentiam, vix tamen ac ne vix quidem eum a subtilibus furunc decipiendi subtrahendique artibus securum crederem. Quodsi interim reipublicae specialiter interstiti negligentes ciues in rem domesticam facere attentiores, poterit omnino eorum vigilancia rerum furtuarum iactura excitari, ut olim apud Lacedaemonios constitutum fuisse, ex Cragio de Repl. Laced. referunt Beyer in delin. Iur. p. 277, vid. Schilt. E. 24. §. 50.

(b) l. 26. ff. de Poenis. l. 22. C. eod.

(c) proinde consuetudinem tamē explodit ac sustulit Imperator Carol. V. in Conf. Cr. art. 207. & 218. Legumlatores Saxonici, quorum legislatoria potestati Conf. Criminalis non derogat, hanc consuetudinem quidem etiam non admittunt; quodsi

quod si tamen rerum furtuarum dominus, publica denun-
tiatione facta, intra annum & diem non compareat & re-
suas repeatat, illae cedunt hisco, seu merum imperium habenti.
part. 4. Const. 33. Quid iuris sit, si priuati furibus res furti-
uas extorqueant, & dominus earum non appareat? vide
penes Carpz. p. 2. c. 3. d. 15. Land. Recht. L. 2. art. 37. Saxo-
nicam interim sanctionem nulla iniuste laborare, ostendit
Illiustr. Thomas. in Disp. de Stat. Imp. potest. legisl. contr.
ius commune. conf. eundem in not. ad tit. de Condi. Furt.
in f. Köppen L. 2. obs. 69.

(d) Const. Cr. Carol. V. art. 207. Land. Recht. L. 2. art. 31.
Coler. p. 1. dec. 146. n. 4. Philippi Vs. Pr. Inst. L. 4. Elog. 9.

(e) Alia est ratio impensarum in ipsas res furtiuas factarum,
v. c. si iudex equo furtivo, antequam dominus illum repeatat,
pabulum praebuit. const. Crim. art. 207. & art. 213.

(f) Receff. Imp. de Ao. 1559. §. Und nachdem ic.

(g) Ideo enim index hereditates caducas & vacantes accipit, vt
is officium suum gratis in criminalibus administret, & inde
cippos, numellas & quaecunque alia, quibus facinorosi pro
meritis castigantur, detinentur & ultimo supplicio afficiun-
tur, comparet. Philippi antea cit. loc. n. 11. vbi egregium
Lipsiensium habet responsum.

§. 18.

Conclusio.

Quamuis denique multis adhuc quaestionebus haec tra-
ctatio illustrari a me potuisset ac debuisse, breuitate tamen
temporis interclusus, aliunde defectus a B.L. cui me sub-
missa commendo, suppleantur, obnixe rogo & colopho-
nem huic labori imponens, tantum

scribo

Soli Deo Gloria:

ULB Halle
005 121 760

3



Farbkarte #13

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32
Black								
B.I.G.								
White								
3/Color								
Magenta								
Red								
Yellow								
Green								
Cyan								
Blue								
Light Blue								
Purple								

D. B. V. 1714/119^a

IVRIDICA INAVGVRALIS
DE
LECTIONIS
AE NATVRA ²⁰
HODIERNO
Von
ng gestohlenen Buths
QVAM
MAGNIFICENTISSIMO
PRINCIPE AC DOMINO
ALMO HENRICO
, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE
HALIAE ET RELIQA
TRIS ICTORVM ORDINIS
DEMIA IENENSI
SIDE ILLVSTRI
VVILDVOGELIO
AMIGERATISSIMO
CENSIS CONSILIARIO STATVS INTIMO
MVNIS, ET SCABINATVS ASSESSORE
LLEGII IVRIDICI SENIORE GRAVISSIMO
VE COD. ET NOVELL. ANTECESSORE
I. CELEBERRIMO
E SVO MVLTIS NOMINIBVS COLENDO
Oktobr. cIs Icc XIV.
MOS IVRE IN VTROQVE HONORES
ORVM EXAMINI SVBMITTIT
MVS DRESSELIVS
HVSA-FRANCVS.
YPIIS MULLERIANIS.